

# Prologus

**I**ncipit expositio prologi in Hieremiam prophetam.

Jeremias propheta etc. Iste prologus dirigit hieronymus ad paulam et eustochium: ad quarum instantiam transtulit librum istum. Dividit autem iste prologus in quatuor priculas: in quarum pri-

ma dicitur licet iste propheta ceteris prophetis simplicior videatur in sensibus equalis. Quia dicit hieronymus. Hieremias propheta etc. In secunda parte simplicitatis huius ratione assignat: in qua cum multipliciter commendat. et ista pars incipit ibi. Porro simplicitas eloqui etc. in qua commendat a tribus primo a dignitate. ibi. Sacerdos ex sacerdotibus. secundo a privilegio gratie ibi. Et in misericorditer sanctificatus. tercio a status perfectione ibi. Virginitate etc. In tertia parte quatuor exprimitur. scilicet prophetie tempus. materia et locus: et prophete lamentationis modus. Tempus prophetie exprimitur cum

**I**ncipit prefatio in Hieremiam prophetam.

**H**ec interpretatio hieronymi est. Si quid in ea novenerit per hebreos codices exploret. Alia est septuaginta interpretus ecclesiarum visitata. Que quibus nonnulla aliter habeat quam in hebreis codicibus inveniunt: tamen utraque. id est septuaginta et per hebraea applica auctoritate firmata est: non errore neque reprehensione superioris certo consilio septuaginta nonnulli aliter dixisse vel contempsisse intelligunt. Quod idem per monem ne quisquam altera ex altera velit emendare. quod singulorum in suo genere veritas observanda est.

**I**ncipit prologus in eundem.

De vaticinatione exorsus est puer. Materia: ibi. Captivitates urbium atque inde etc. Agitur enim de captivitate duarum tribuum. Locus tangitur cum dicitur. Quia de in iuda tamen etc. Lamentationis modus tangitur: ibi. Et civitatis sue ruinas etc. Et quia lamentatio metrice scribitur in hebreo: dicitur quod per mensuras metri et suum distinguit finem in latino: ibi. Quod nos mensura metri etc. In quarta tangitur modus agendi in libro isto cum dicitur. Preterea ordine visionum etc. Ultimo dicitur quod quia librum Baruch omiserat. cumque librum istum ad petitiones earum transtulerat contra se emulos provocabat quos silendo compescere rectius erat: ibi. Librum Baruch etc. Ita satis plana est. b Rusticior. id est simplicior: et huic expositioni concordat littera sequens. f. Porro simplicitas eloqui. Aliqui tamen exponunt. b Rusticior. id est rudior. quia non plano sermone loquitur sicut Esaias sed sub figuris. c Sed sensus par est. Sed contra Hieronymus dicit in glosa in principio Esaias: Nemo me putet. Esaiam breviter posse exponere cum universa domini sacramenta contineat. Et illud nusquam legitur de Hieremia. ergo non videtur sensus esse par Esaias. Item in principio Ezechielis dicit glosa hieronymi. Ezechielis difficultatem hebreorum monstrat traditio. nisi enim quis apud eos sacerdotalis misterii dignitates. id est xxx. annos impleverit. nec principia generos nec cantica canticorum. nec exordium Ezechielis: vel finem legere permittitur: ut ad plenam finem et mysticos intellectus plenum humane nature tempus accedat. sed hoc nusquam de Hieremia legitur. quomodo ergo dicitur sensibus par. Respondeo par sensibus dicitur

quod utrobique de christo et de captivitate duarum tribuum prophetizatur. stilus tamen profundior in alijs invenitur. d Anathorites. id est de anathor. f Viculus. scilicet anathor. e Est usque hodie distans tribus milibus. id est tribus milibus. g Sanctificatus. vnde dicitur. j. Antequam exires de ventre sanctificavi te. quod de alijs non legitur. h Virginitate sua evangelicus vir. scilicet euangelica perfectione predictus. i Christi ecclesie de dicans. id est copulans. per hoc enim quod se lege servabat virginitatem in sacerdotio: precebat in se continentie perfectionem que docetur in euangelio. Signate autem dicitur christi ecclesie dedicans. id est inseparabiliter predictum adberens. k Vaticinari. id est prophetare.

**H**ieremias propheta cui hic prologus scribitur per monem quod apud hebreos esaias et osee et quibusdam alijs prophetis videtur esse rusticior: sed sensibus par est quippe quod eodem spiritu prophetaverit. Porro simplicitas eloqui de loco ei in quo natus est accidit. fuit enim anathorites qui est usque hodie viculus tribus ab hierosolymis distans milibus: sacerdos ex sacerdotibus: et in matris ventre sanctificatus: virginitate sua evangelicum virum christi ecclesie dedicans. Dic vaticinari exorsus est puer: et captivitates urbium atque in deo non solum spiritu: sed et oculis carnis intuitus est. In decem tribus israel assyrii in medos transtulerunt: id est terras earum colonie gentium possidebant. Quia in iuda

Exorsus est. id est incepit. exordium dicitur: vel orsus sum: dicitur telam ponere. et qui telam ponit tunc

eam incipit. ideo exordium ponitur pro incipere. et componitur exordium. vnde exorsus. m Quer. dicitur. j. Ecce nescio loqui quia puer ego sum etc. n Urbis hierusalem atque iude. id est duarum tribuum. o Oculis carnis. In dicitur. xxxix. Postquam predictum dixerat captivitates hierusalem et translationem populi in babilonem legitur quod nabuchodonosor rex babilonis precepit nabuzardan ut tolleret hieremiam et nihil mali ei faceret. Sed quare non prophetizavit de captivitate decem tribuum sed duarum tamen reddidit causam cum dicit. p Nam enim etc. continua sic. Non solum spiritu revelante sed et oculis corporis intuitus est captivitates duarum tribuum. Jam enim decem tribus israel assyrii in medos transtulerant. Unde. iij. Regum. xvij. Translatus est israel de terra sua in assyrios etcetera. q Nam terras earum colonie gentium possidebant. Colonia dicitur urbs vel castrum quod pro defectu indigenarum novis colonis adimpletur. Item colonia dicitur agricultura vel cultus religionis quia ergo indigenis. id est decem tribubus in assyrios translatis rex assyriorum misit gentes de babilone et de chuta et de abaiath et de emath et de sepbaruaim que pro filiis israel possederunt samariam. et habitaverunt in urbibus eius vnde dicitur bic. r Colonie gentium. id est gentes colentes. id est inhabitantes urbes decem tribuum possidebant terras earum: vel colonie. id est agriculture. s Gentes. id est gentes agriculture devote. quia a rege assyriorum misse erant ad colendam sibi terram decem tribuum. Possidebant terras earum. Et colonie gentium. id est gentes varium cultum religionis habentes. quia sicut dicitur. iij. Regum. xvij. Anaquec gens fabricata est cum suis. Possit. terras earum. t In iuda tamen. ii

# Prologus

duabus tribubus.  
**V** Et in beniamin  
i. hierusalem. qz in  
forte beniamin pmo  
fuit birlin: sicut dicitur  
est supra circa  
finē. plogi in hiero-  
miam. **Q**ua  
et ruplici plārit vel  
distingit alphabeto  
illud expositus est  
supra i epistola ad  
paulinū. **Q**uod  
scz quadruplex al-  
phabetū **3** Nos  
in trālatōe nra.  
**3** Mensure me-  
tri vsibus reddi-  
dim? i. iuxta mēsu-  
ras metri z versū  
quas hēt in hebra-  
ico distingim? in la-  
tino. qz distingim?  
fnias p3 dicitas mē-  
suras. metricē eniz  
scribuntur treni in  
hebraico: z sub cer-  
tis clausularū mē-  
suris distinguūtur  
in latino.  
**A** Ad pristinas fi-  
des. i. iuxta hebrai-  
cam veritatē cui fi-  
des d3 addiberi.  
**B** Pretermisim?  
qz nō ē de canōe: s  
postmodū transla-  
tus fuit d greco in  
latinū: iuxta vulga-  
tā editionē in qua  
inuentus est.  
**C** Prestolātes. i.  
expectātes. vsus  
Prestolor expecto  
prestolor querere  
dico. Paula fuit q  
dam matrona ro-  
mana cui filia fuit  
eustochiū de quib?  
iucites satis supra  
in plogo sup iohue  
versus finē.  
**D** Ceter. p sev.  
**E** Recti fuerat  
ad cōpendiū. i. ad  
abbreviatōe.  
**E** Mali vitādi i  
alijs. scz in emulis  
meis. vñ non dicit  
rectius absolute: s  
addit. Ad compē-  
dium mali ponere  
modū. i. finē.  
**F** Furoz. i. detra-  
ctiōn. **G** Eozū  
qz quasi furibundū  
detrahunt mibi. ce

tm: 7 in Deiamin prophe-  
tanit: z civitatis sueruinat  
F quadruplici plārit alpha-  
beto: qd nos mensure me-  
tri versibusq reddidimus.  
Preterea ordinē visionum  
qui apud grecos et latinos  
omnino confusus est ad p-  
stinam fidem correximus.  
Librum autē Baruch no-  
tarij eius: qui apud hebre-  
os nec legitur nec habetur  
p̄termisimus: pro his om-  
nibus maledicta ab emul-  
prestolantes: quib? me ne-  
cesse est per singula opuscu-  
la respondere. Et hoc pati-  
or: quia vos cogitis. Cete-  
rum ad compendium ma-  
li rectius fuerat modus fu-  
rorū eoz silentio meo ponē-  
qz quotidie novi aliqd scri-  
pstantem invidoz insani-  
am prouocare.

**E**t alius prologus in  
eundem.

**I**oachim filius  
iosie cuius  
terciodecimo  
anno prophe-  
tare orsus est  
**J**eremias: sub quo 7  
Oda mulier prophetavit: ipe  
est qui alio nomine appel-  
latur Achiz: 7 regnavit  
sup tribum Juda 7 hieru-  
salē annis vndeciz. Cui suc-  
cessit in regnum filius Jo-  
achim cognomēto Beconi-  
as: q terciō mense regni ei?  
die decima captus a duci-  
bus Nabuchodonosor du-  
ctus ē in babylones: 7 in lo-  
co eius constitutus est. Se-  
zechias filius Josie patru-  
us eius cuius anno vndeci-  
mo hirs capta atq subuer-  
sa est. Nemo igitur putz eū  
tem in Danielis principio  
Joachim qui i Ezechielis

exordio ioachim scribitur  
Iste extremam syllabam  
chim habet. ille chin. et ob  
hanc causā in euāgelio sm  
Matheū vna videtur xes  
se generatio. quia secunda  
tesheredecas in ioachim te-  
sinit filius Josie. 7 tercia in-  
cipit a Joachim a filio Joa-  
chim. Quod ignorans por-  
phirus calumniam instruit  
ecclesie: suam ostendēs im-  
peritiam: dum euangelistā  
Matheuz arguere nititur  
falsitat. Quodq traditū  
scribitur ioachim mōstrat  
non aduersarioz fortitu-  
dinis fuisse victoriam s  
mini voluntatis.

**I**ncipit argumentuz in  
eundem.

**J**eremias ana-  
thorites: qui  
ē viculus tri-  
bus a hieroso-  
lymis distans  
milib? apud raphnas i egypto  
a populo lapidibus ob-  
rutus occubuit. Jacz vo in  
eo loco sepultus: quo dudū  
Pharao rex habitauerat.  
Et quoniā postulātōe sua  
refugatis ab eodē loco ser-  
pentibus egyptios a tactu  
aspidium facit esse securos:  
magna eū ibi religione egyptū  
venerantur.

**E**xplicit argumentum.

tera plana sunt

**E**xplicit qua-  
liscunqz exposi-  
tio istius plogi.